

2230. DE PRIMAE PHILOSOPHIAE EMENDATIONE ET DE NOTIONE SUBSTANTIAE
März 1694

Überlieferung:

l verb. Reinschrift von der Hand Dannenbergs: LBr 724 (Pfautz) Bl. 29–30. 1 Bog. 2°. 2 1/2 S.

*E*¹ *Acta Eruditorum*, März 1694, S. 110–112. (Unsere Druckvorlage.)

*E*² DUTENS, *Opera omnia*, Bd 2, 1, 1768, S. 18–20.

*E*³ GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 4, 1885, S. 468–470.

Weitere Drucke:

1. ERDMANN, *Opera phil.*, 1840, S. 121–122. – 2. JANET, *Oeuvres*, Bd 1, 1900, S. 632–634. – 3. P. SCHRECKER, *Opuscula philosophica selecta*, Paris 1939, S. 73–76. – 4. HOLZ, *Kleine Schriften*, 1965, S. 194–200. – 5. HERRING, *Fünf Schriften*, 1966, S. 20–22 (Teildruck). – 6. P. SCHRECKER, *Opusculs philosophiques choisis*, Paris 2001, S. 160–166. – 7. M. DEVAUX, *L'avancement de la métaphysique réelle selon Leibniz*, Paris 2004, S. 511–513.

Übersetzungen:

1. WOLFF, *Gesammelte kleine philosophische Schriften*, Bd 3, 1740, S. 273–278. (Teilübers.) – 2. JANET, *Oeuvres*, Bd 2, 1866, S. 523–526. – 3. AZCÁRATE, *Obras de Leibniz*, Bd 1, 1877, S. 161–164. – 4. HABS, *Kleinere philos. Schriften*, 1883, S. 173–176. – 5. PRENANT, *Oeuvres choisies*, 1940, S. 252–255. – 6. HOLZ, *Kleine Schriften*, 1965, S. 195–201. – 7. P. SCHRECKER, *Monadology and Other Philosophical Essays*, Indianapolis, New York 1965, S. 81–83. – 8. HERRING, *Fünf Schriften*, 1966, S. 18–22. – 9. PRENANT, *Oeuvres*, 1972, S. 323–325. – 10. OLASO, *Escritos*, 1982, S. 455–458; 2. Auflage 2003, S. 523–526. – 11. C. VERHOEVEN, *Leibniz, filosoof van de zevende dag: essays en bloemlezing*, Best 1997, S. 136–138. – 12. P. SCHRECKER, *Opusculs philosophiques choisis*, Paris 2001, S. 161–167. – 13. S. BLANDZI, in: *Studia filozoficzne* 244 (1983), S. 149–151. – 14. A. ANDREU, *Methodus vitae (Escritos de Leibniz)*, Bd 2, Valencia 2000, S. 14–15. – 15. MUGNAI u. PASINI, *Scritti filosofici*, 2000, S. 428–430. – 16. NICOLÁS, *Obras de Leibniz*, Bd 2, 2010, S. 227–230. – 17. P. LODGE, *Leibniz: Journal Articles on Philosophy*, Oxford 2025, S. 71–73.

bearbeitet von Stefan Jenschke

[Anhaltspunkte zur Datierung:]

Unser Stück *De primae philosophiae emendatione et de notione substantiae* erscheint im März des Jahres 1694 in den *Acta Eruditorum* (S. 110–112). Leibniz gibt damit eine Antwort auf die zuvor von Christian Thomasius aufgeworfene Frage »*Quid sit substantia?*«, die dieser am 17. Juli 1693 an die Öffentlichkeit gerichtet hatte (*De ratione status dissertationem I. et II. de juris publici origine ac definitione, deque ratione status in genere. Cum adjuncta quaestione Quid sit substantia? publice ventilabunt ...*, Halle [1693]). Von dieser Disputation hatte Leibniz spätestens Ende August/Anfang September 1693 durch seinen Neffen Friedrich Löffler erfahren (I, 9 N. 471, S. 696) wie auch durch Gerhard Meier aus Bremen, der sich in einem Schreiben

vom 18. November 1693 nach Leibniz' Meinung zu Thomasius' Appell erkundigte (I, 9 N. 414, S. 621). Unserem Stück liegt ein erster Entwurf zugrunde (N. 2228; vgl. auch die dortige Datierungsbegründung), den Leibniz Ende November/Anfang Dezember an Otto Mencke, den Herausgeber der *Acta Eruditorum*, mit einem nicht gefundenen Brief schickte, denn am 12. Dezember bestätigte Mencke den Erhalt des leibnizschen Textes (I, 9 N. 427, S. 637). Allerdings mahnte Mencke – auch nach Rücksprache mit Christoph Pfautz – Änderungen an (Mencke an Leibniz, 30. Dezember 1693, I, 9 N. 446, S. 662 f.; Mencke an Leibniz, 13. Februar 1694, I, 10 N. 150, S. 255 und Pfautz an Mencke, [1. Hälfte Februar 1694], I, 10 N. 151, S. 257). Leibniz berücksichtigte diese Änderungswünsche und sandte unser Stück als eine überarbeitete Textversion, in der sich aber ein großer Teil des ersten Entwurfs wörtlich wiederfindet, mit einem seiner nicht gefundenen Briefe vom 24. Februar oder 7. März 1704 an Mencke nach Leipzig. Diese Fassung ging dann im März 1694 in Druck (vgl. das Schreiben 10 Menckes an Leibniz vom 17. März 1694, I, 10 N. 183, S. 303).

Thomasius reagierte auf Leibniz' Ausführungen bereits am 9. Mai 1694 mit einem *De Definitione Substantiae Dialogus* (Halle 1694), wovon Leibniz wiederum mit N. 2234 wohl zwischen Mai 1694 bis Herbst 1696 ein Exzerpt mit eigenen Kommentaren anfertigte.

[Thematische Stichworte:] Christian Thomasius; substantia; corpus; metaphysica; prima philosophia; vis; Kraft; 15 dynamica; notio substantiae; entelechia

[Einleitung:] —

G. G. L. De Primae Philosophiae Emendatione, et de Notione Substantiae.

Video plerosque, qui Mathematicis doctrinis delectantur, a Metaphysicis abhorrere, quod in illis lucem, in his tenebras animadvertant. Cujus rei potissimam causam esse arbitror, quod 20 notiones generales, et quae maxime omnibus notae creduntur, humana negligentia atque inconstantia cogitandi ambiguae atque obscurae sunt factae; et quae vulgo afferuntur definitiones, ne nominales sunt quidem, adeo nihil explicant. Nec dubium est in caeteras disciplinas influxisse malum, quae primae illi atque architectonicae subordinantur. Ita pro definitionibus lucidis natae nobis sunt distinctiunculae, pro axiomatibus vere universalibus, regulae topicae, 25 quae saepe pluribus franguntur instantiis, quam juvantur exemplis. Et tamen passim homines Metaphysicas voces necessitate quadam adhibent, et sibi blandientes, intelligere credunt, quae loqui didicere. Nec vero substantiae tantum, sed et causae, et actionis, et relationis, et similitudinis, et plerorumque aliorum terminorum generalium notiones veras et foecundas vulgo latere manifestum est. Unde nemo mirari debet, scientiam illam principem, quae Primae 30 Philosophiae nomine venit, et Aristoteli dicta est desiderata seu quaesita (ζητούμενη) adhuc inter quaerenda mansisse. Equidem Plato passim in Dialogis vim notionum vestigat; idem facit

28f. causae et actionis et relationis et similitudinis et *l* 30 primae *l*

31 Aristoteli ... (ζητούμενη): vgl. etwa ARISTOTELES, *Metaphysica*, I, 2, 982 a 4, 983 a 21 u. III, 1, 995 a 24.

Aristoteles in libris qui vulgo *Metaphysici* vocantur; multum tamen profecisse non apparet. Platonici posteriores ad loquendi portenta sunt lapsi; Aristotelicis, praesertim Scholasticis, movere magis quaestiones curae fuit, quam finire. Nostris temporibus viri quidam insignes etiam ad Primam Philosophiam animum adjecere, non magno tamen hactenus successu.

5 Cartesium attulisse aliqua egregia negari non potest, et recte inprimis Platonis studium revocasse abducendi mentem a sensibus, et Academicas dubitationes utiliter subinde adhibuisse; sed mox inconstantia quadam vel affirmandi licentia scopo excidisse, nec certum ab incerto distinxisse, et proinde substantiae corporeae naturam in extensione praepostere collocasse, nec de unione animae et corporis probas comprehensiones habuisse; quorum causa fuit, non

10 intellecta substantiae natura in universum. Nam saltu quodam ad gravissimas quaestiones solvendas processerat, notionibus ingredientibus non explicatis. Unde quantum absint a certitudine Meditationes ejus Metaphysicae, non aliunde magis apparet, quam ex scripto ipsius, in quo, hortatu Mersenni et aliorum, Mathematico eas habitu vestire voluerat frustra. Video et alios viros acumine praestantes attigisse Metaphysica, et nonnulla profunde cogitasse; sed ita

15 involvisse tenebris, ut divinare magis appareat, quam demonstrare. Mihi vero in his magis quam in ipsis Mathematicis, luce et certitudine opus videtur, quia res Mathematicae sua examina et comprobationes secum ferunt, quae causa est potissima successus; sed in Metaphysicis hoc commodo caremus. Itaque peculiaris quaedam proponendi ratio necessaria est, et velut filum in Labyrintho, cujus ope non minus quam Euclidea methodo ad calculi instar

20 quaestiones resolvantur; servata nihilominus claritate, quae nec popularibus sermonibus quicquam concedat.

Quanti autem ista sint momenti, inprimis apparebit ex *notione substantiae*, quam ego assigno, quae tam foecunda est, ut inde veritates primariae, etiam circa Deum et mentes, et naturam corporum, eaeque partim cognitae, sed parum demonstratae, partim hactenus ignotae,

25 sed maximi per caeteras scientias usus futurae, consequantur. Cujus rei ut aliquem gustum dem, dicam interim, notionem *virium* seu virtutis (quam Germani vocant *Krafft* / Galli *la*

4 primam I

2 Platonici ... lapsi: wohl gemeint Marsilio Ficino u. Francesco Patrizi: »Ficinus et Patritius ont ensuivi Platon, mais mal à mon avis, parce qu'ils se sont jettés sur les pensées hyperboliques, et ont abandonné ce qui estoit plus simple et en même temps plus solide. Ficinus ne parle partout que d'idées, d'Ames du monde, de Nombres Mystiques et choses semblables, au lieu de poursuivre les exactes definitions que Plato tache de donner des notions« (Leibniz an Simon Foucher, [August 1686], II, 2 N. 16, S. 86 f.). 11–13 Unde ... frustra: vgl. DESCARTES, *Meditationes, Secundae Objectiones* (A.T. VII, S. 128), und *Secundae Responsiones* (A.T. VII, S. 160–170): *Rationes Dei existentiam et animae a corpore distinctionem probantes more geometrico dispositae*. 13 Mersenni: vgl. N. 2232.

force), cui ego explicandae peculiarem *Dynamices* scientiam destinavi, plurimum lucis afferre ad veram *notionem substantiae* intelligendam. Differt enim vis activa a potentia nuda vulgo scholis cognita, quod potentia activa Scholasticorum, seu facultas, nihil aliud est quam propinqua agendi possibilitas, quae tamen aliena excitatione, et velut stimulo indiget, ut in actum transferatur. Sed vis activa actum quendam sive ἐντελέχειαν continet, atque inter facultatem agendi actionemque ipsam media est, et conatum involvit; atque ita per se ipsam in operationem fertur; nec auxiliis indiget, sed sola sublatione impedimenti. Quod exemplis gravis suspensi funem sustentem intendentis, aut arcus tensi, illustrari potest. Etsi enim gravitas aut vis elastica mechanice explicari possint debeantque ex aetheris motu; ultima tamen ratio motus in materia, est vis in creatione impressa, quae in unoquoque corpore inest, sed ipso conflictu corporum varie in natura limitatur et coërcetur. Et hanc agendi virtutem omni substantiae inesse ajo, semperque aliquam ex ea actionem nasci; adeoque nec ipsam substantiam corpoream (non magis quam spiritualem), ab agendo cessare unquam; quod illi non satis percepisse videntur, qui essentiam ejus in sola extensione, vel etiam impenetrabilitate collocaverunt, et corpus omnimode quiescens concipere sibi sunt visi. Apparebit etiam ex nostris meditationibus, substantiam creatam ab alia substantia creata non ipsam vim agendi, sed praeexistentis jam nisus sui, sive virtutis agendi, limites tantummodo ac determinationem accipere; ut alia nunc taceam, ad solvendum illud problema difficile, de substantiarum operatione in se invicem, profutura.